



**Institutiones Canonicæ**

**Schnorrenberg, Anno**

**Coloniae, 1740**

XLV. Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri  
consuevit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)

\* \* \* \* \*

## REGULA XLV.

*Inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit.*

**Q**Uæres. Quis hujus Regulæ sensus?

R<sub>2.</sub> Quando disponentis mens & voluntas aliunde non constat, nec certa est, sequitur id, quod ponderatis omnibus circumstantiis veritati magis est conforme & proximum, aut in negotiis similibus communiter fieri solitum. Exempla sunt: *1. mūm.* Si quis instituto in hæredem filio extraneum substituat, substitutio sub conditione: Si filius sine liberis decesserit, facta præ-

tumitur. *L. cum avus. 102 ff.* de conditione. Et demonstrat. *2. dum.* Percussio filii à Patre potius correctionis quam vindictæ aut injuriandi causâ facta esse censetur. *L. unic.* *C. de emendat.* *propinquor. 3tium.* Ex Jure Canonico mulier metu mortis ad Monasterium confugiebat & in eo perseverans, quamdiu causa metus durabat, tacite professionem emisit non præsumitur. *Cap. 1. de his, qua vi metusve cans.* Et.

\* \* \* \* \*

## REGULA XLVI.

*Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debebit.*

**Q**Uæres primò. Quotuplex est in jure Successor?

R<sub>2.</sub> Pro intelligentia hujus Regulæ, in universalem & particularem distinguendus est Successor. Universalis est, qui in omne sive universum defuncti testatoris jus succedit, ejusdemque per-

sonam ut hæres representat. *L. quoties 9. §. 12. ff.* de hæredib. instituend. &c. *servus institut.* *cod. tit.* Et perinde est, sive sit hæres ex alle, aut in tota hæreditate, sive sit hæres ex parte, ut in tercia vel quarta parte hæreditatis: quia hæres in parte, in qua succedit defunctum, uti